



VIRI
 PRAE NOBILISSIMI AMPLISSIMI EXPERI-
 RIENTISSIMI
**IOANNIS CASPARI
 MÜLLERI**

Medicinae Doctoris
 Serenissimi Principis Saxo-Vinariensis
 Consilarii et Archiatri
 nec non
 Ducatus Vinariensis Medici Provincialis
 Parentis Optimi

diem natalem
 III. Id. April. MDCCCXXXIV.

felici omine reducem
 debita animi pietate celebrat.

Carolus Gottthilff Müllerus.

NVMBVRGI,

Typis BALTHASAR. BOSSOEGELII, Privil. Typogr.



Musa, solemnem modulare cantum,
Hoc die fas est nitido movere
Plectra; fas poscit male nominatis
Parcere verbis.

Vt tamen noris, quibus advoceris
Gaudiis; Phoebus retulit PARENTIS
Ecce! natalem, retulit simulque
Gaudia nato.

Fallor? an mentem subito pererrat
Gaudium magnum? vagor expeditus
Omnibus curis, inopina surgit
Lucis imago.

It dies vere melior, nitentque
Clarius soles, radiisque tristes
Dissipant nubes, oculos serenat
Gratior aura.

O dies! inter memōrande pulcros
Jure, natali potiorque nostro!
O dies albo pariter lapillo
Digne notari!

Noftra te femper celebret Camena,
Coepit haec a te, tibi definatque,
Quod PARENS a te meus affluentes
Ordinat annos.

Infolens cedat procul urbs Quirini,
Et dies Festos cumulet, sacroſque
laetit, laudet varios aviti
Moris honores.

Monfret haec aras nitidis corollis
Turgidas, turis refonet per ignem
Mica ſolemnm, geniale ſignent
Libaque tempus.

Gaudeo feſtam rediiffe lucem,
Quae refert PATRIS toties petiſtum
Voce natalem: ſocioque iuncti
Sanguine gaudent.

Fallor? an gratus mihi nunc ad aures
Fertur extemplo ſonitus precantum?
Fallor? an turbam video frequentem
Solvere vota?

Quisque certamen pietatis edit,
Et diem plausu celebrat canoro,
Quem Deus nobis dedit, & PARENTI
Munere donat.

Ipse ego linguae tacitum resolvo
Vinculum, pectus, PATER o! COLENDE,
En! meum fervet, bona verba gestit
Dicere lingua.

Crescit occulto velut arbor aevo:
Sic salus creseat T V A, nec procellis
Acta decreseat, veniat benigno
Copia cornu.

Fata coniungas nova iam peractis,
Totque fortunae bona T E sequantur,
Veris adventus viduos quot ornat
Floribus hortos.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506

KONP

017





VIRI
 PRAE NOBILISSIMI AMPLISSIMI EXPERIENTISSIMI
**IOANNIS CASPARI
 MULLERI**

Medicinae Doctor
 Serenissimi Principis Saxoniae
 Consilarii et Aulicus
 nec non
 Ducatus Vinariensis Medicus
 Parentis Caroli
 III. Id. April. c. 13
 felici omnino re
 debita antoni pietati
 Carolus Gottbiffr

NVMBVR
 Typis BALTHASAR. BOSSOLI

